ter ſe ſeuiūt. Troilus menelaum ſauciat. multos inter-
ficit. ceteros paulatim ꝑſequitᷣ. Nox prelium dirimit.
Poſtera die troilus cū alexādro exercitū educit. Cōtra

omnes argiui ꝓdeunt: acriter pugnãt. Troilus diomedem sauciat. In agamē: impſſionē facit ⁊ ipſum sauciat. arginos cedit: ꝑ aliquot dies pugnãt acriter. multa milia vtrobiqꝫ cadūt. Agamē: vt vidit maiorē partem ſe quottidie amittere neqꝫ ſe ſufficere petit inducias in ſex menſes Priamus collegium coegit indicat argiuoꝝ deſideria. troiani negant longas inducias. ſꝫ impreſſionem fieri ſuadent naues incendi. Priam⁹ quid cuiqꝫ videãt iubet dicere. Omnibus placuit fieri qđ argiui petebāt. Itaqꝫ Priamus inducias dedit Agamē: ſuos honorifice ſepeliuit. Diomedem et Menelaū curauit ſauciatos. Troiani eqꝫ ſuos ſepeliūt ❡ Dum inducie ſunt ex cōſilij ſententia Agamēnon ad Achillē ꝓficiſcitr̃ vt eum ad pugnam ꝑſuaderet Achilles triſtis reſpondet ſe non ꝓdituꝝ ſꝫ pacem peti oportere. ⁊ ꝯqueri cepit qꝫ. agamēnoni nil negare poſſet ideo cum tempus pugne ſuꝑueniſſet ſe miſſurū milites ſuos / ipm̄ haberet excuſatum Temp⁹ pugne ſuꝑuenit. troiani exercitum educūt. Contra argini ꝓdeūt. Achilles primo myrmidones inſtruit Ad agamēnonē ꝑatos mittit: fit pugna maior acriter: inſeqĩt troil⁹. In prima acie argiuos cedit. myrmidones fugat Impſſionem vſqꝫ ad caſtra facit: multos occidit plurimos ſauciat. Aiax telamoni⁹ obſtitit. troiani victores ĩ oppidum reuertunt̃.
❡ Poſtera die Agamē: exercitum educit. omnes duces ⁊ myrmidones ꝓdeunt contra troilum in aciem leti exeunt. ꝑ̄lio ꝯmiſſo vterqꝫ exercitus inter ſe dimicat: multa milia vtriqꝫ cadūt Troilus myrmidones ꝑſequitur ſternit fugat. Agamē: vt vidit ex ſuis ꝑtibus multos occiſos xxx dies ĩducias petit: dant. vtrobiqꝫ funerantur occiſi Poſt iterū troiani exercitum educūt. contra Agamē: in pugnā omnes duces cogit. fit magna cedes Troilus acriter argiuos inſequit̃ Poſtq̄ꝫ primū temp⁹

diei trāsijt. ꝓdit in primo troilus cedit ꝓsternit Argi=
ui fugam cum clamore fecerūt. Achilles vbi aīaduer=
tit troilum iracundia seuire ⁊ argiuis insultare: simul
ꝙ sine intermissione myrmidones ꝓsternere ꝓcedit in
bellū. quem troilus cōtinuo excepit et sauciauit Achil=
les de prelio saucius redit. Pugnaṫ vi. cōtinuis dieb⁹
die septimo vtriqꝫ exercitus p̄lio facto inter se fuganṫ.
Achilles qui aliquot dies vexat⁹ in pugnā nō ꝓdierat
myrmidones īstruit hortaṫ alloquiṫ vt fortiter imp̄ssi=
onem in troilum faciāt. Postq̄ ps diei transijt troilus
ex equo let⁹ ꝓdit Argiui magno clamore fugā faciunt:
myrmidones superuenerūt imp̄ssionem in troilum fa=
ciunt. De quoꝝ numero multi a troilo occidunṫ. Dum
acriter p̄liat equo vulnerat⁹ corruit. Troilum implici
tum cito Achilles supueniēs occidit. ⁊ ex ipso p̄lio tra=
here cepit. Qd achilles interuētu mēnonis implere nō
potuit Adueniēs ei mēnon troili corp⁹ eripuit. Achil=
lem sauciauit Achilles de prelio sauci⁹ redit. quē mem=
non insequiṫ quē Achilles vt respexit substitit curato
vulnere ⁊ aliquādiu p̄liatus Mēnonem multis plagis
occidit. ip̄e et ab eo vulneratus ex prelio recessit. Post
q̄ p̄sarum dux occisus est: reliqui in oppidum cōfuge=
rūt. prelium nox dirimit: Clausis portis Postera die
priamus ad agamēnonem legatos mittit qui dieb⁹ xxx.
inducias peterēt qd cōtinuo Agmēnon cōcedit. Pria=
mus troilum mēnonēqꝫ magnifico funere effert ceteros
qꝫ milites vtrimqꝫ sepeliendos curant. ¶ Hecuba me
sta ꝙ duo filij eius fortissimi Hector et troilus ab achil
le interfecti essent. cōsiliū muliebre inijt temerariū ad
vlciscendum dolorem suū: Alexandrū filium suum ac=
cersit: Hortaṫ vt se et fratres suos vindicaret. insidias
Achilli faciat: et eum nec opinātem occidat. qm̄ ad se
miserit ac rogauerit vt sibi polixenam daret in matri=

C

ironium: se ad eū missurā verbis priami vt pacē fedus
q̄ firment Constituunt in fano Apollinis thymbrei qđ
est ante portam Achilli venturo colloquiū. Ibiqꝫ insi=
dias ei collocari satis sibi visum esse si eū occideret. qđ
⁊ tētatuꝝ se Alexād̄er ꝓmisit. Noctu de exercitu eligūt
fortissimi ⁊ in fanū apollinis collocant̄: signū accipiūt
Hecuba ad achillē sicut cōdixerat nūcium mittit Ach
illes letus polirenā amās postera die ad fanū se venturꝫ
ꝯstituit. Interea achilles ꝯsequēte die cū antilocho fi=
lio nestoris ad cōstitutū veniunt simulqꝫ fanū Apolli=
nis ingrediunt̄. Vndiqꝫ ex insidijs paris hortat̄. Achil=
les cum Antilogo brachio sinistro clamide inuoluto en
ses faciunt Exinde achilles multos occidit. Alexander
Antilogum iteremit: ipm̄ Achillem multis vulnerib⁹
cōfodit Itaqꝫ animam nequicq̄ꝫ fortiter pauēs amisit.
Quē alexander feris ⁊ volucrib⁹ ꝓijci iubet hoc ne fa=
ceret: Helenus rogat. ſꝫ suis tradi: quoꝝ corꝑa accep=
ta argiui in castra ferūt ¶ Agamē. occisos eos magni
fico funere effert Achilliqꝫ mauseolū vt fiat a priamo
petit: ibiqꝫ ludos funebres facit. Deinde cōcilio ꝯuoca
to argiuos alloquit̄ vt ea que achillis erāt Aiaci ꝓpin=
quo eius ꝯmēdarēt. Aiax ait cum filius neoptolem⁹ ei
suꝑsit neminē equi⁹ habere quā eum oportere: eum ad
pugnā accersire eiqꝫ vniuersa que patris erant restitui
Cōsilium placuit dat negociū. Menelaus scyrū ꝓficis
citur ad Lycomedē auū eius imꝑat vt nepotē suum=
mittat quos argiuis lycomedes libēter cōcedit. Postq̄
inducie exeūt. Agamē. exercitum educit instruit horta
tur. Cōtra troiani ex vrbe ꝓdeūt: p̄lium ꝯmittit̄. In
prima acie Aiax nudus versatur. clamore magno orto
multi ex vtroqꝫ exercitu pereūt. Alexander arcū teten=
dit multos: interficit. Aiacis lat⁹ nudum figit. Aiax
saucius alexandrū ꝑsequit̄ nec destitit nisi eū occideret

Aiax fessus ex vulnere i castra reuertit Sagitta exēpta moritur Alexander: corpus ad vrbem refertur. Diome des virili animo i hostes impssiōz facit: fryges fessi ad portum ꝯfugiūt. quos Diomedes vsqꝫ ad vrbē ꝑsequit Agamē. circa oppidū exercitum ducit tota nocte circa murū ꝑsedit. Curat vt alterna vice vigilias agāt. Po stera die priamus alexandrū quē helena ꝓsecuta est vul neratū sepeliuit qm̄ ab eo honorifice tractata est q: pri= amus ⁊ hecuba vt filiā asperexūt ⁊ diligēter curauerūt quo nūqꝫ troiam asperisset argiuosqꝫ deseruissꝫ ¶ Po stera die agamē. cepit exercitum ante portā instruere ⁊ dardanos ad plium ꝓuocare. Priamus subsistere: vr= bem munire: ⁊ silescere vsqꝫ dū penthesilea cū amazoni bus supueniret. Penthesilea supuenit exercitum educit Contra agamē. fit plium ingens aliquot dies. Argiui fugant in castra. opprimuntur vix diomedes obstitit. alioquin et naues incendissent ⁊ vniuersum argiuoꝝ ex ercitum deuastassent. Prelio dirēpto: Agamē. se itra castra ꝯtinuit: penthesilea quotidie ꝓdit argiuos de= uastat. In bellum ꝓuocat. Agamē. ex consilio munit castra tutatqꝫ: nec ꝓdit in bellū vsqꝫdum menelaus ve niat. Menelaus a sciro venit. arma Achillis neopto lemo filio eius tradit. que tn̄ i castris argiuoꝝ sumpsis= set vehementer ad patris tumulum lamentatꝰ est Pen thesilea ex cōsuetudine bellum instruit ⁊ vsqꝫ ad argiuo rum castra ꝓdit. Neoptolemus myrmidoniū pūceps Contra aciem educit. Agamē. exercitū instruit. ꝯcur= runt. Neoptolemꝰ stragem facit. occurrit penthesilea ⁊ fortiter in acie versat Vtriqꝫ per aliquot dies acriter pugnauerūt. multos vtriqꝫ occiderūt. Pēthesilea neop tolemū sauciat. Ille dolore accepto amazonū ductri= cem penthesileam obtrūcat. Eo facto totum exercitū troianoꝝ in vrbem ꝓijcit. In vrbē vix refugiūt. Argiui

murum cū exercitu circūdant vt troiani foris exire non possint ¶ Hoc postq̄ troiani viderūt Antenor Polidamas et Eneas ad priamū ꝯueniunt agunt ꝛ ꝯsilium querūt vt deliberet quid de futuris futuꝝ sit. Priamus ꝯuocat cōsiliū. quid postularēt iubet dicere. Antenor memorat pricipes defensores natos ei⁹ cū aduenis ductoribus interfectos. Argiuorum remanere fortissimos Agamēnōꝫ Menelaū Neoptolenū nō min⁹ fortissimū quā pater eius fuit: Diomedem Aiacem locri ceterosq̄ꝫ plures summe prudentie: Nestorem atq̄ꝫ vlixē Contra troianos clausos et cōterritos esse: suadet helenam reddi cum his que Alexander cū suis abstulerat ꝛ pax fiat. Postq̄ multis verbis de pace cōciliāda satisfecere surgit Amphimach⁹ filius priami adolescēs fortissim⁹ malis verbis antenorem adorsus ꝛ hos qui cōsenserant eis: increpare facta eoꝝ/suadere poti⁹ educendum exercitum: irruptionem in castra faciendā vsq̄ꝫ dū vincant aut victi ꝓ patria occūbant. Postq̄ is finem fecit Eneas exurgit et leuib⁹ verbis multisq̄ꝫ dictis amphiācho repugnat: ab argiuis pacem petendā magnopere ꝑsuadꝫ Postq̄ dicendi finis factus est Priamus magno animo surrexit ingerit multa mala ātenorī ꝛ enee: eos belli ap petendi ductores fuisse vt legati in greciam mitterent cū ipe quoq̄ꝫ legatus redierit non negauerit se ꝯtumelio se tractatū ꝛ bellum suaserit. Eneā quoq̄ꝫ q̄ cū alexandro Helenā ac ꝑdam eripiūt Quapp̄ter certum sibi esse pacem nō fieri. impat vt hi omnes pati sint vt cum signum dederit portis eruptionē faciāt aut vicere aut mori sibi certum esse ¶ Hec cum multis verbis dixit hortatusq̄ꝫ est/ꝯcilium dimisit Amphimachū secum in regiam ducit eiq̄ꝫ dicit se vereri ab his qui pacē suaserunt ne oppidū ꝓdāt/eos habere de plebe multos qui vna sentiunt/opus esse eos interfici. qđ si hoc fuerit/

patriā defensurum / argiuos supatur simulq̧ rogat vt sibi fidelis audiens patusq̧ cū armis sit et id sine suspicione fieri posse Simulq̧ suadet eos amphimachus ad cenā peti ⁊ ita īsidijs eos se circūuentur. Amphimachus se facturum pmittit. ita ab eo discedit. Eodē conueniūt antenor polidamas vcalegon amphidamas dicūt se mirari regis ptinaciā qui inclusus cū patria ⁊ comitib⁹ pire malit q̄ pacem facere. Antenor ait se inuenisse cor sibi ⁊ illis qui in cōmune pspiciāt / et consiliū quo pacto id fieri possit daturū si fides ei seruaret̄ Omnes ergo fidem antenori obstringūt. Antenor vt vidit se abstrictū mittit ad Eneā ⁊ dicit patriam pdendam esse. et sibi ⁊ suis cauendū: Ad agamē. de his reb⁹ aliquem mittendū esse qui sine suspicione currat: maturādum esse Aiaduertisse priamū de cōcilio surrexisse / ⁊ q̄ ei pacem suaserūt vereri: ne quid ↄsilij ineat Itaq̧ omnes mittunt statim polidamantem qui ex his minime inuidiosus erat. Ad agamē. ↄueniunt dicitq̧ ei que suis placuerūt: Agamē. oēs noctu in ↄcilium vocat Eadem refert. quid cuiq̧ videat̄ dicere imperat. Vn̄ omnibus placitū est vt fides pditorib⁹ seruaret̄ ¶ Vlixes ⁊ nestor se vereri hanc rē subire dixerūt Neoptolomus hos refutat inter se certāt: placitum est / signum Polidamas exigit. ⁊ id ipm p sinonē ad Eneā ⁊ anchisen et antenorem mittit. Sinon ad troiam pficiscit̄. Et q̄ nondum claues porte amphimachus custodibus tradiderat. Signo dato Sinō vocē enee ⁊ anchise ⁊ antenoris audiendo ↄfirmatus Agamēnoni renūciat / et placitum est vt omnibus fides daret̄. iureiurando firmet̄ et cupere ab his vt sibi oppidum nocte traderet̄ pria. Et antenori vcalegōti ypodamāti enee dolosisq̧ omnibus fides seruaret̄. Necnō liberis ↄiugibus ↄsanguineis ⁊ ppinquis qui vna cōsenserāt sua causa oīa habere

sibi liceat. Pacto ꝯfirmato iureiurādo astricto suadet Polidamas / vt noctu exercitum ad portam Sicheam adducāt. Ibi extrinsecus caput equi sculptum est Ibi p̄sidia noctu habere antenorem. Exercitui argiuorum portam reseraturos eisqꝫ limē ꝓlaturos Id signū erup tionis foris. nuscꝗ pacti indicula demōstrata sunt Polidamas in vrbem redit rem pactam nūciat De vita qꝫ Antenoris et enee ceterisqꝫ quibus placitum erat vt hi omnes suos adducāt et noctu sigeā portā apiant. limē ostendāt. exercitū inducāt. Antenor et eneas noctu ad portam p̄sto fuerūt Neoptolem⁹ p̄sidium dat Antenor eum in regiā ducit Vbi troianū p̄sidiū erat positū Neoptolemus i regiā irruptionē facit. troianos cedit priamū ꝓsequit̃ quē interra obtruncat. Hecuba dum fugit cum polixena eneas occurrit. Polixena tradidit se ei quā eneas ad patrē anchisen abscondit. Andromacha et cassandra in ede mineruę occultant̃ Tota nocte non cessant argiui d̄uastare p̄das facere ¶ Postꝗ dies luxit Agamēnō. duces in arcē cōuocat dijs gratias agit exercitum collaudat omnemqꝫ p̄dam in medio iubet reponendam Quā cum omnib⁹ ꝑtit⁹ esset simul cōsulit exercitum: an placeat Antenori et enee qui patriam tradiderant fidē seruare Cōuocatisqꝫ omnibus que sua fuerāt vniuersa reddebat Antenor rogat agamēnonē sibi vt liceat loqui Agamēnō dicere iubet. Principio omnibus argiuis iuuenib⁹ gratias agit simulqꝫ cōmemorat Helenum et cassandrā pacem suasisse Achillē suasu heleni sepulture traditū fuisse. Agamēnō ex cōsilij sententia Heleno ⁊ cassandre libertatē reddit. Helen⁹ ꝓ hecuba et ādromacha agamēnonem rogat. Cōmemoratqꝫ se semꝑ ab his esse dilectū. Etiā ex cōsilij sententia his libertas cōcessa est. Interea exercitui p̄dam omnē vt decuit diuidit. dijs gracias agit Hostias immolauit:

et ꝓficisti quinta die vniuersi ꝯstituūt Vt dies ꝓfecti-
onis aduenit magne exorte sunt tēpestates durātes ali
quot dies. Calcas respondet inferis nō satisfactū esse
Neoptolemo in mentē venit polixenam cui⁹ causa pa-
ter eius ꝑierat in regia nō esse inuētā. Agamēnonē pe-
tit. ꝯquerit exercitui/accusat antenorē/accersiri iubꝫ.
imꝑat ei vt īquisitā inuentāqꝫ ad se adducat. Antenor
ad eneam venit ⁊ diligēci⁹ querit ⁊ priusq̄ꝫ argiui ꝓficis
cerent. polixenā absconsam inuenit Ad agamēnonem
ducit Neoptolemo agamēnon tradit Is eā ad tumulū
patris iugulat. Agamēnon iratus enee ꝙ polixenā ab-
sconderat eū de patria ꝓtin⁹ excedere iubet Eneas cū
suis omnib⁹ ꝓficiscit. Postq̄ꝫ agamēnō ꝓfect⁹ est Hele
na post aliquot dies mesta magisq̄ꝫ antea ꝙ acerrie do-
mū reportat cum suo menelao. Helen⁹ cū cassandra et
Andromacha hectoris fratris vxore: et hecuba matre
cherroneson petit Finit.

Hactenus Dares Frygius mādauit litterꝭ Nā sub
idem tempus sub Antenoris factione remāsit ¶ Pug
natum est autem annis decem. mensibus vi. dies. xij.
ad troiam.

¶ Fuerunt ex argiuis sicut acta diurna indicant que
dares dimisit conscripta hominuz. dccc. ⁊. vi. Et ex
troianis vsqꝫ ad oppiduz ꝓditū hoim. dc lxxvi. milia
¶ Eneas nauibus ꝓfectus est quibus alexander ī gre-
ciam ierat nauibus. cc. quem omnis etas hominū se-
cuta est in milibus tribus et. cccc. ¶ Antenorē secuta
duo milia quingenti ¶ Helenum et Andromachā du-
centa hominū.

¶ Quis troianoꝝ quem grecoꝝ occiderit ¶ Hector
ꝓtesilaū. Patroclū Merionē Arcesilaum Cleopeno-
rum Dorium Filippum Diomeneū Polibantū Carpe
dontē Leopodemū Visorem Aimentū ¶ Eneas am

phimachũ Phereũ ❡ Alexander qui et paris palamedem Antilochũ Aiacem Achillem ❡ Aiax telamoni⁹ et alexander mutuis vulneribus se occiderũt Alexãder in p̄lio moriť Aiax in castris

❡ Quis grecoꝝ quem troianoꝝ occiderit de ducibus: exceptis plebeis ❡ Achilles occidit Eufremiũ hyppotuũ plebeiũ Austeriũ Ligaoniũ Euforbiuȝ hectorē Troilum et Memnonē ❡ Neoptolem⁹ Pentesileam priamũ Polixenã ad tumulũ patris ❡ Diomedes xãtippũ Palamonem Epistrophũ et Scỹdiũ

Epitaphium hectoris

❡ Troium ꝓtector: danaum met⁹: hic iacet hector.

Aliud

❡ Defensor patrie iuuenum fortissimus hector:
Qui murus miseris ciuibus alter erat.
Occubuit telo violento victus achillis.
Occubuere simul spesq́ȝ salusq́ȝ phrygum.
Hũc ferus aeacides circũ sua menia traxit
Que iuuenis manib⁹ texerat ante suis
O quãtos priamo lux attulit illa dolores!
Quos fletus hecube! quos dedit andromache!
Sed raptum pater infelix auroq́ȝ repensum
Condidit: et merens accumulauit humo.

Epitaphium achillis

❡ Pelides ego sum: thetidis notissima ꝓles:
Cui virtus clarũ nomen habere dedit.
Qui straui totiẽs armis victricib⁹ hostes:
Inq́ȝ fugam solus milia multa dedi.
Hectore sed magno summa est mihi gloria ceso:
Qui sepe argolicas debilitauit opes.
Ille interempt⁹ subijt me vindice penas:

Pergama tunc ferro succubuere meo.
Laudibus imensis victor sup astra ferebar.
Cōpressi hostilem fraude pempt⁹ humum.

Deploratio Troie
¶ Ve tibi Troia peris: iam nō mihi Troia videris
Jam iā bobus eris pascua: lustra feris.
Causa rei talis meretrix fuit exicialis
Femina fatalis: femina feta malis.
Vixerunt

Johannes maius.

Odidi quedam carmia Aurelij prudētij poete christiani. que ppter suoꝝ eleganciam: et sententiarum verborūq₃ decoꝝ quāplurimis ꝯmunicare atq₃ interptari cupio: ꝙ quibusdam cleris difficilia appareāt expositu: quantum illis ecclesia vtiť Que vbi sciuerit: spero fore: vt cetera eiusdem aliorūq₃ christianoꝝ poetarū carmina facili⁹ intelligāt: plurisq₃ vti digna sunt faciāt: quibus ecclesia sine fastidio in dei laudib⁹ sparsim vtitur Et quib⁹ suum honorē etiā impendit: quorūq₃ memoriā ppetuam sacrauit. fuerūt em̄ doctissimi illi poete etiam a christiana religione nō ꝯtempti: licet iam quātūuis docti irrideanť a plerisq₃ pfidis: ꝗ ꝙ honorē quem merenť cōsequanť Non ꝯtempt⁹ erat Lactanci⁹ firmian⁹: nisi a cōtumelioso quodā Antouio raudensi theologo. Nūq₃ Seuerin⁹ Boecius satis laudat⁹. Frācisc⁹ petrarcha magnā meruit palmā Seduliū summus pontifex Gelasius pbauit Prosper sua non caruit laude. Nō item alanus Nō sua carebit baptista mātuanus. Non tace-

buntꝰ dum ſuntere odia tegentur: ceterꝭ doctiſſimi atqꝫ
elegātiſſimi chriſtiani poete. Claudianus noſtro pru
dencio coetaneus Rome elebris habebatꝰ Vixit autem
Aurelius prudenciꝰ circa annum domini. ccc. lxxxiiij.
quantū in chronicis repperire potui Qualis vero ipe
fuerat: credo breuius dici nō pōt: q̄ꝫ vt Gennadiꝰ maſ
ſiliēſis deſcribit: dū ait Prudencius vir ſecularis litte
rature eruditꝰ cōpoſuit Trocheum de toto veteri ⁊ no=
uo teſtamēto ꝑſonis excerptis: cōmentatꝰ eſt et in mo=
rem grecoꝝ hexametrū de mūdi fabrica: vſqꝫ ad cōditio
nem primi hominis ⁊ p̄uaricationē eius. Cōpoſuit et
libellos quos greca appellatione p̄titulauit. Apotheo=
ſis. ideſt de diuinitate. Pſichomachia ideſt de cōpūg=
nācia animi Amartigenia ideſt de origine peccatoꝝ. fe
cit et in laudē martyrū ſub aliquoꝝ nominibꝰ inuitato
rium ad martyriū / librum vnum: ⁊ hymnoꝝ alterum:
Speciali tamē intētione aduerſum Symmachū idola
triā defendentē. ex quoꝝ dilectiōe agnoſcitꝰ Palatinis
ſimul fuiſſe ¶ Ego vero ex multꝭ hic tres tātū hym=
nos poſui. quoꝝ primi duo frequētiores in eccleſia vſur
pantur: non forte tam faciles: vt quilibet clericulꝰ pri
ma fronte intelligere poſſit: Et eos quidem integros:
quo appareat diuini poete ingeniū: ⁊ ſententiarū ꝑfec
tus ſenſus Tercium hymnū ꝓpter ſingularem ſuam ele
ganciam appoſui ¶ Eſt aūt carmē primū quod inci=
pit Inuētor rutili ⁊c̄ De phaſe populi iſraelitici quod
decātari ſolet ad incenſum cerei paſchalis Eſtqꝫ metrū
aſclepiadeū: tetrametrū: cori iambicū: ſecundum ali=
quos dactylicum: acatalecticū: monocolon: ſecundū
pſallentiū choꝝ etiā tetraſtrophon Quale eſt illud pri=
mum horacij. Mecenas atauis edite regibus ¶ Se
cundus vero hymnꝰ ſiue ſecundū carmē eiuſdem prudē
cij quod īcipit Da puer ⁊c̄ eſt panegyricū: de plurimis

saluatoris nostri Jesu christi miraculis: ab eterna ei9 generatione p humanitatis sue miracula transiēs vsqz ad vltimum iudicium. Estqz metrum Trochaicum. Archilochium: tetrametrū: Catalecticum monocolō Quale est illud. Tolle tyrsos era pulsa iam lyeus aduenit. Vel quod idē est: Trochaicum dicolon distrophō Cui9 versus in impari numero positus est alcmanius: dimeter: acatalecticus Qualis ē ille. fistula canet sub ulcus In loco vero pari situs est Eurypide9: dimeter catalecticus Qualis est ille. Vultur alti9 volat. Dum aūt dixi tetrametrū vel dimetrū: intelligendū est duos pedes p vno cōputari: pter trochei velocitatē Et si quidem metrū est archilochiū erit secundū choros psallentium dicendum tristrophō Nam in metri ratione cum monocolon sit: strophon ignorat. Q; si dicolon dicere malueris: erit secūdū metri rationē: vt dixi: distrophon: secundū psallentiū vero chorū hexastrophō In fine tamen cuiuslibet hexastrophi ecclesia addidit septimū versum: qui ꝛ ipe Eurypideus est: scilicz. Seculorum seculis ❨ Tercium carmē quod addidi quod incipit: Ades puer ꝛc. ē de quietis atqz somni natura: eiusqz diuino dono. Estqz metrū Jambicū: anacreonticū: dimetrū: catalecticū: monocolon: secundū cantiū chorum tetrastrophon. Cōstās sz tribus iambis: cum syllaba hypcatalectica finali Quale est illud. dissolue baccha crines. Aut illud boecij. Quisquis volet phennē. Recipit tamen nō nūqꝫ spondeū: aliqñ etiam tribrachum pter iambi volubilitatem.

Aurelij Prudencij poete christiani Carmē de phase populi israelitici p desertum: ad cereum pascalē decantandum.

Inventor rutili dux bone luminis
Qui certis vicibus tempora diuidis
Merso sole chaos ingruit horridum
Lumen redde tuis xp̄e fidelibus.
¶ Quāuis innumero sydere regium
Lunariq; polum lampade pinxeris
Incussu silicis lumina nos tamen
Monstras saxigeno semine querere.
¶ Ne nesciret homo spem sibi luminis
In christi solido corpore cōditam
Qui dici stabilem se voluit petram
Nostris igniculis vnde genus venit.
¶ Pinguis quos olei rore madentibus
Lichnis ac facibus pascimus aridis
Quin et fila fauis scirpea floreis
Presso melle prius collita fingimus.
¶ Viuax flāma viget seu caua testula
Succū lintheolo suggerit ebrio
Seu pinus piceam fert alimoniam
Seu ceram teretem stuppa calens bibit.

¶ Nectar de liquido vertice feruidum
Guttatim lachrymis stillat olentibus
Ambustum quoniã vis facit ignea
Imbrem de madido flere cacumine.

¶ Splendẽt ergo tuis muneribus pater
Flãmis mobilibus scilicet atria:
Absentemqꝫ diem lux agit emula
Quam nox cum lacero victa fugit peplo.

¶ Sed quis non rapidi luminis arduã
Manãtemqꝫ deo cernat originẽ
Moises nempe deum spinifero in rubo
Vidit cõspicuo lumine flãmeum.

¶ Felix qui meruit sentibus in sacris
Celestis soly visere principem
Iussus nexa pedum vincula soluere
Ne sanctũ inuolucris pollueret locum.

¶ Hunc ignem populus sanguinis inclyti
Maiorꝫ meritis tutus et impotẽs
Suetus sub dominis viuere barbaris
Iam liber sequitur longa ꝑ auia.

¶ Quo gressum tulerant castraqꝫ cerulum
Noctis ꝑ medium concita mouerant
Plebem ꝑuigilem fulgure preuio
Ducebat radius sole micantior.

¶ Sed rex niliaci littoris inuido
Feruens felle iubet preualidam manum
In bellum rapidis ire cohortibus
Ferratasqꝫ acies clangere classicum.

❡ Sumunt arma viri seq; micantibus
Accingũt gladys triste canit tuba
Hic fidit iaculis: ille volantia
Prefigit calamis spicula gnoseis.
❡ Densatur cuneis turba pedestribus
Currus pars et equos. et volucres rotas
Conscendunt celeres: signaq; bellica
Pretendunt tumidis clara draconibus.
❡ Hinc iam servicy nescia pristini
Gens pelusiacis vsta vaporibus
Tandem purpurei gurgitis hospita
Rubris littoribus fessa resederat.
❡ Hostis dirus adest cum duce pfido
Infert et validis prelia viribus.
Moises porro suos in mare precipit
Constans intrepidis tendere gressibus.
❡ Prebent rupta locũ stagna viantibus
Riparum in faciem peruia sistitur
Circũstans vitreis vnda liquoribus
Dum plebs sub bifido pmeat equore.
❡ Pubes quinetiã decolor asperis
Irritata odys rege sub impio
Hebreum sitiens fundere sanguinem
Audet se pelago credere cõcauo.
❡ Ibant precipiti turbine pcita
Fluctus per medios agmina regia
Sed cõfusa dehinc vnda reuoluitur
Insemet reuolans gurgite ꝯfluo.

¶ Currus tunc et equos telaq3 naufraga
Ipsos et pceres et vaga corpora
Nigrorum videas nare satellitum
Artis iusticium triste tyrannice.
¶ Que tandem poterit lingua retexere
Laudes christe tuas qui domitum pharaon
Plagis multimodis cedere presuli.
Cogis iusticie vindice dextera.
¶ Qui pontum rapidis estibus inuiū
Persulcare vetas vt refluo in salo
Securus pateat te duce transitus
Et mox vnda rapax vt voret impios.
¶ Quū ieiuna heremi saxa loquacibus
Exundant scatebris: et latices nouos
Fundit scissa silex que sitientibus
Dat potum populis axe sub igneo.
¶ Instar fellis aqua tristifico in lacu
Fit ligni venia mel velut atticum
Lignum est quo sapiunt aspera dulcius
Nam prefixa cruci spes hominum viget.
¶ Implet castra cibus tunc quoq3 ningidus
Illabens gelida grandine densius
His mensas epulis hac dape pstruunt
Quam dat sidereo christus ab ethere.
¶ Necnon imbrifero ventus anhelitu
Crassa nube leues inuehit alites
Que conflatu in humum cum semel agmina
Fluxerunt: reduci non reuolant fuga.

¶ Hec olim patribus premia contulit
Insignis pietas numinis vnici
Cuius subsidio nos quoqꝫ vescimur
Pascentes dapibus pectora misticis.
¶ Fessos ille vocat per freta seculi
Discissis populum turbinibus regens
Iactatasqꝫ animas mille laboribus
Iustorum in patriam scandere ꝑcipit.
¶ Illic purpureis tecta rosarys
Omnis fragat humus culta qꝫ pinguia
Et molles violas et tenues crocos
Fundit fonticulis vnda fugacibus.
¶ Illic et gracili balsama surculo
Desudata fluunt raraqꝫ cynnama
Spirant: ꝛ folium fonte qđ abdito
Prelabens fluuius portat in exitum.
¶ Felices anime prata per herbida
Concentu parili suaue sonantibus
Hymnorum modulis dulce canunt melos
Calcant et pedibus lilia candidis.
¶ Sunt et spiritibus sepe nocentibus
Penarum: celebres sub stige ferie
Illa nocte sacer qua redyt deus
Stagnis ad superos ex acheronticis.
¶ Nam sicut tenebras de face fulgida
Surgens oceano lucifer imbuit
Sic terris domini de cruce tristibus
Maior sole nouū restituis diem.

¶ Marcent supplicijs tartara mitibus
Exultatq; sui carceris ocio
Vmbrarum populus liber ab ignibus
Nec feruent solito flumina sulphure.
¶ Nos festis trahimus ꝑ pia gaudia/
Noctem cōcilijs votaq; ꝓspera
Certatim vigili cōgerimus prece
Extructoq; agimus liba sacrario.
¶ Pendent mobilibus lumina funibus
Que suffixa micant per laquearia
Et de languidulis fota natatibus
Lucem ꝑspicuo flāma iacit vitro.
¶ Credas stelligeram desuper aream
Ornatam gemmis stare trionibus
Et qua bosphoreum temo regit iugum
Passim purpureos spargier hesperos.
¶ O res digna deus quam tibi roscide
Noctis principio grex tuus offerat
Lucem qui tribuis nil preciosius
Lucem: qua reliqua premia cernimus.
¶ Tu lux vera oculis lux quoq; sensibus
Intus tu speculum tu speculum foris
Lumen qđ famulans offero suscipe
Tinctum pacifici chrismatis vnguine
¶ Per christum genitum summe pater tuū
In quo visibilis stat tibi gloria
Qui noster dominus qui tuus vn'cus
Spirat de patrio corde paraclytum.

Per quem splendor honor laus sapientia
Maiestas bonitas et pietas tua
Regnum ꝯtinuat numine triplici
Texens ꝑpetuis secula seculis.

Carmen aurelij prudē

cij Panegyricū. de miracul' saluatori' nostri.

A puer plectrum choreis
Vt canamus fidibus
Dulce carmen et melodum
Gesta christi insignia.
Hunc camena nostra solum
Pangat: hunc laudet lyra.
❡ Christus est quem rex sacerdos
Affuturum protinus
Infulatus cōcinebat
Voce corde et tympano
Spiritum celo influentem
Per medullas hauriens.
❡ Facta nos et iam ꝓbata
Canimus miracula.
Testis est orbis: nec ipsa
Terra quod vidit negat
Cominus deum docendis
Prodimus mortalibus.
❡ Corde natus ex parentis
Ante mundi exordium
A et o cognominatus

Ipse fons et clausula
Omnium que sunt fuerunt
Queqꝫ post futura sunt.
¶ Ipse iussit et creata
Dixit ipse et facta sunt
Terra: celum: fossa ponti
Trina rerum machina
Queqꝫ in his vigent sub alto
Solis et lune globo.
¶ Corporis formam caduci
Membra morti obnoxia
Induit ne gens periret
Primoplasti ex germine
Merserat quem lex ꝓfundo
Noxialis tartaro.
¶ O beatus partus ille
Virgo cum puerpera
Edidit nostram salutem
Feta sancto spiritu
Et puer redemptor orbis
Os sacratum ꝓtulit.
¶ Psallat altitudo celi
Psallant omnes angeli
Quicquid est virtutis vsqꝫ
Psallat in laudem dei
Nulla linguarum silescat
Vox et omnis consonet.
¶ Ecce quem vates vetustis

Concinebāt seculis
Quem pphetarum fideles
Pagine spoponderāt:
Emicat pmissus olim:
Cuncta collaudant deum.
¶ Cantaris infusa lympha
Fit falernum nobile:
Nunciat vinum minister
Esse pmptum ex hydria
Ipse rex sapore tinctis
Obstupescit poculis.
¶ Membra mortis vlcerosa
Viscerum putredines
Mando vt abluantur inquit:
Fit ratum quod iusserat
Turgidam cutem repurgant
Vulnerum piamina.
¶ Vt perennibus tenebris
Jam sepulta lumina
Illinis limo salubri
Sacri et oris nectare
Mox apertis hac medela
Lux reducta est orbibus
¶ Increpat ventum furentem
Q; procellis tristibus
Vertat equor fundo ab imo
Vexet et vagam ratem
Ille iussis obsecundat

Mitis vnda sternitur.
❡ Extimum vestis sacrate
Furtim mulier attigit:
Protinus salus secuta est:
Ora pallor deserit
Sistitur riuus cruore
Qui fluebat perpetim.
❡ Exitu dulcis iuuente
Raptum ephebū viderat
Orba quem mater supremis
Funerabat fletibus:
Surge dixit: ille surgit
Matri et astans redditur.
❡ Sole quarto iam carentem
Jam sepulchro absconditum
Lasarum videt vigere
Reddito spiramine.
Fetidum iecur reductus
Rursus intrat halitus.
❡ Ambulat per stagna ponti
Summa calcat fluctuum:
Mobilis liquor ꝓfundi
Pendulam prestat viam.
Nec fatiscit vnda sanctis
Pressa sub vestigijs.
❡ Suetus antro bustuali
Sub catena frendere:
Mentis impos efferatis

Percitus furoribus
Prosilit ruitqз supplex
Christum vt adesse senserat.
❡ Pulsa pestis lubricorum
Milleformis demonum
Corrigit gregis suilli
Surdida spurcamina
Seqз mergit nigris vndis
Fit pecus lymphaticum.
❡ Fertqз qualis ter quaternas
Ferculorum fragmina:
Quinqз panibus peresis
Et gemellis piscibus
Afatim referta iam sunt
Accubantum milia.
❡ Tu cibus panisqз noster
Tu perennis suauitas
Nescit esurire in euum
Qui tuam sumit dapem:
Nec lacunam ventris implet
Sed fouet vitalia.
❡ Clausus aurium meatus
Et sonorum nescius
Purgat ad precepta dei
Crassa queqз obstacula:
Vocibus capax fruendis
Et susurris peruius.
❡ Omnis egritudo cedit

Langor omnis pellitur
Lingua fatur: quam veterna
Vinxerant silencia.
Gestat et suum per vrbem
Letus eger lectulum.
¶ Quin et ipsum (ne salutis
Inferi exptes forent)
Tartarum benignus intrat
Fracta cedit ianua
Vectibus cadit reuulsis
Cardo indissolubilis.
¶ Illa prompta ad irruentes:
Ad reuertentes tenax
Obice extrorsum recluso
Porta reddit mortuos:
Lege versa: et limen atrum
Jam recalcandum patet.
¶ Sed deus dum luce fulua
Mortis intra illuminat:
Dum stupentibus tenebris
Candidum prestat diem:
Tristia squalentis ethre
Palluerunt sydera.
¶ Sol refugit: et lugubri
Sordidus ferrugine.
Igneum reliquit axem
Seq; merens abdidit
Fertur horruisse mundus.

Noctis eterne chaos.

¶ Solue vocem mens sonora
Solue linguam mobilem:
Dic tropheum passionis
Dic triumphalem crucem:
Pange vexillum: notatis
Quod refulget frontibus.

¶ O nouũ cedis stupende
Vulneris miraculum.
Hinc cruoris fluxit vnda.
Lympha parte ex altera:
Lympha nempe dat lauacrum:
Tum corona ex sanguine est.

¶ Vidit anguis immolatam
Corporis sacri hostiam:
Vidit: et fellis perusti
Mox venenum perdidit
Saucius dolore multo
Colla fractus sibilat.

¶ Quid tibi prophane serpens
Profuit rebus nouis
Plasma primum perculisse
Versipelli hortamine.
Diluit culpam recepto
Forma mortalis deo.

¶ Ad breuem se mortis vsum
Dux salutis reddidit
Mortuos olim sepultos

Vt redire insuesceret
Dissolutis pristinorum
Vinculis peccaminum.
¶ Tunc patres sanctique multi
Conditorem preuium
Jam reuertentem secuti
Tercio demum die
Carnis indumenta sumunt
Eque bustis prodeunt.
¶ Cerneres coire membra
De fauillis aridis
Frigidum venis resumptis
Puluerem tepescere
Ossa neruos ac medullas
Glutino cutis tegi.
¶ Post vt occasum resoluit
Vite et hominem reddidit
Arduum tribunal alti
Victor ascendit patris
Inclytam celo reportans
Passionis gloriam.
¶ Macte iudex mortuorum
Macte rex viuentium
Dexter in parentis arce
Qui cluis virtutibus:
Omnium venturus inde
Justus vltor criminum.
¶ Te senes et te iuuentus
Paruulorum te chorus.
Turba matrum virginumque

Simplices puellule
Voce concordes pudicis
Perstrepent concentibus.
¶ Fluminum lapsus et vnde:
Littorum crepidines:
Imber: estus: nix. pruina:
Silua: et aura: nox: dies.
Omnibus te concelebrent
Spiritus nunc seculis.
¶ Tibi christe sit cum patre.
Agÿoqꝫ spiritu.
Hymnus: melos: laus ꝑhennis.
Graciarum actio.
Honor: virtus: victoria:
Regnumqꝫ eternaliter.
Seculorum seculis.

Aliud Carmē de Quiete et Somno diuino mūere

Des pater superne
a Quem nemo vidit vnquam
Patrisqꝫ sermo christe:
Et spiritus benigne.
¶ O trinitatis hui9
Vis vna: lumen vnum.
Deus deo perennis
Deus vtroqꝫ missus.
¶ Fluxit labor diei.
Redit et quietis hora
Blandus sopor vicissim
Fessos relaxat artus.

¶ Mens ęstuans procellis
Curisqꝫ sauciata
Totis bibit medullis
Obliuiale poclum.
¶ Serpit per omne corpus
Lethea vis: medullis
Miseris doloris egri
Patitur manere sensum.
¶ Lex hec data est caducis
Deo iubente membris
Vt temperet laborem
Medicabilis voluptas.
¶ Sed dum pererrat omnes
Quies amica venas
Pectusqꝫ feriatum
Placat rigente somno.
¶ Liber vagat per auras
Rapido vigore sensus
Variasqꝫ per figuras
Que sunt operta cernit
¶ Quia mens soluta curis
Cui est origo celum
Purusqꝫ fons ab ethra
Iners iacere nescit.
¶ Imitata multiformes
Facies sibi ipsa fingit:
Per quas repente currens
Denuo fruatur actu.
¶ Sed sensa somniantum
Dispar fatigat horror

Nunc ſplendor intererrat
Qui dat futura noſſe.
¶ Plerumq; diſſipatis
Mendax imago veris
Animos pauore meſtos
Ambage fallit atra.
¶ Quem rara culpa morum
Non polluit frequenter:
Hunc lux ſerena vibrans
Res edocet latentes.
¶ Atqui coinquinatum
Vicijs cor impiauit
Fuſas pauore multo
Species vidit tremendas.
¶ Hoc patriarcha noſter
Sub carceris cathena
Somnis ſimul miniſtris
Interpres approbauit.
¶ Quorum reuerſus vnus
Dat pocula tyranno
Aſt alterum rapaces
Fixum vorant volucres.
¶ Ipſum deinde regem
Perplexa ſomniantem
Monuit: famem futuram
Clauſis cauere aceruis
¶ Mox preſul ac tetrarches
Regnum per omne: iuſſus
Sacram tenere virgam
Domine reſedit aule.

¶ O quam profunda iustis
Archana per soporem
Aperit tuenda christus
Quam clara: quam tacenda.
¶ Euangelista summi
Fidissimus magistri
Dignata que latebant
Nebulis videt remotis.
¶ Ipsum tonantis agnum
De cede purpurantem
Qui conscium futuri
Librum resignat vnus.
¶ Huius manum potentem
Gladius perarmat anceps
Prefulgurans vtrūqȝ
Duplicem minatur ictum.
¶ Quesitor ille solus
Animeqȝ corporisqȝ
Ensisqȝ bis timendus
Prima ac secunda mors est.
¶ Idem tamen benignus
Vltor retundit iram
Paucosqȝ non piorum
Patitur perire in euū.
¶ Huic inclytus penne
Tribuit pater tribunal:
Hunc obtinere iussit
Nomen super omne nomen.

¶ Hic prepotens cruenti
Extinctor antichristi
Qui de furenti monstro
Pulchrum refert tropheum.
¶ Quam bestiam rapacem
Populosqꝫ deuorantem
Quam sanguinis charybdim
Johannes execratur.
¶ Hec nempe que sacratum
Preferre nomen ausa est
Imam petit gehennam
Christo perempta vero.
¶ Tali sopore iustus
Mentem relaxat heros
Vt spiritu sagaci
Celum peragret omne.
¶ Nihil horum nos meremur
Quos crebro impleuit error:
Concreta quos malorum
Viciat cupido rerum.
¶ Sat est: quiete dulci
Fessum fouere somno
Sat: si nihil sinistrum
Vana minetur vmbra.
¶ Cultor dei memento
Te fontis et lauacri
Rorem subisse sanctum
Te chrismate innouatum.

¶ Fac quũ vocante ſomno
Caſtum petis cubile:
Frontem locumqꝫ cordis
Crucis figura ſignet.
¶ Crux pellit omne crimen:
Fugiunt crucem tenebre:
Tali dicata ſigno
Mens fluctuare neſcit.
¶ Procul o procul vagantũ
Portenta ſomniorum:
Procul eſto peruicaci
Preſtigiator aſtu.
¶ O tortuoſe ſerpens
Qui mille per meandros
Fraudeſqꝫ flexuoſas
Agitas quieta corda.
¶ Diſcede: Chriſtus hic eſt
Hic chriſtus eſt liqueſce.
Signum quod ipſe noſti
Damnat tuam cateruam.
¶ Corpus licet fatiſcens
Jaceat recliue paulum
Chriſtum tamen ſub ipſo
Meditabitur ſopore.
¶ Gloria eterno patri:
Et chriſto vero regi:
Paraclytoqꝫ ſancto
Et nunc et inperpetuum Amen

Finit Dares phrygius in historia Troiana. Additis in fine pulcherrimis tribus carminibus siue hymnis Aurelij prudencij poete christiani.